Noverint universi. Ego Guillelmus Ceriry civis filius Guillelmi Ceriry quondam draperii civis Gerunde confiteor et recognosco vobis Bonanato Ceriry civi Gerunde filio dicti patris mei quo
dam fratrique meo quod vos per modum subscriptum satisfecistis michi plenarie ad meam voluntatem, et de omnibus illis septentis sol. barchinonensis de terno pro quibus vobis et vestris et qui
bus volueritis perpetuo feci venditiones perpetuas de quibusdam vineis cum avellanis et boscho que ibi sunt, quas habebam et tenebam et sunt in montanea Gerunde in loco vocato ces Planes,
quarum una vocatur ça Moradela et hec tenetur pro altari Sancti Benedicti sito in ecclesia monasterii Sancti Danielis Gerunde et affrontatur ab oriente in alia alodiali vinea inferius de
signata, et ab occidente in torrente ibi currenti, et de hac vinea proxime designata vobis venditionem feci precio centum sol. Et alia vinea vocatur ça Camerera et alia vocatur ça Vulina
et hec due vinee sunt alodiales et affrontantur ab oriente in boscho mansi Giffredi de Monte Judaycho et partim in vinea mansi den Luga de Campo Daurano, ab occidente in
vinea dicti mansi Giffre et partim in boscho Guillelmi Bernardi Juliani civis Gerunde. Quamquidem satisfactionem de dictis septentis sol. michi fecistis in hunc scilicet modum
quod eos de voluntate mea penes vos retinuistis in solutionem pro rata iuris vobis pertinentis super bonis meis et que fuerunt dicti patris mei et vestri quondam racione legitime sive
et legati vobis facti in suo ultimo testamento prout hec et alia in duobus instrumentis de dictis venditionibus confectis die presenti in posse notarii infrascripti latius
resantur. Et ideo renunciando exceptioni dicte plenarie satisfactionis dictorum septentorum sol. per dictum modum non habite et non recepte et doli, facio vobis et vestris de pre
dictis septentis sol. bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo. Iuras etiam sponte per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta om
nia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo sive causa. Actum est hoc Gerunde vicesima die octobris anno
a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo. Signum Guillelmi Ceriry filii Guillelmi Ceriry quondam predicti qui hec firmo et laudo atque
iuro. Testes huius rei sunt Petrus Burdilla diachonus ecclesie de Virginibus et Franciscus Simonis scriptor Gerunde.

Signum Bartholomei Corti notarii publici substituti auctoritate regia a Gaspero de Campolongo publico Gerunde notario. Hec scribi feci et clausi cum raso et emendato in linea [illegible] ubi dicitur volueritis
perpetuo et in [illegible] linea ubi legitur retinuistis in solutionem pro rata iuris.

T.180x432

20-10-1371

Es del sot priorat & terra tealas planas
qui feya [illegible] migerat analanas

2939

Carta ala qual consta que una [illegible] a si
tuada ala [illegible] en la [illegible] dit las
planas sots pertinencia de [illegible] Daniel

N.º 14 del plec quinto del [illegible]

994

De les planes